¶ In die cinerū ſmo teꝛ. De ſatiſfactione.

MEmoꝛ eſto vnde excideris ⁊ age penitenciā ⁊ prima opera
fac Apoc. ij. Hic tangunt̄ duo. Primū eſt dignitas gracie
ꝑdite per culpam. Secundū eſt mod⁹ recuꝑandi eandem
ꝑ graciā ſiue ꝑ penitēciam. p̄mū ibi. Memoꝛ eſto. ſecūdū ibi. ⁊ age
penitēciam. ¶ Nota ꝙ tres ſunt ꝑtes penitēcie. ſ. cōtricio. confeſſio
ſatiſfactio. De pꝛimis duab⁹ dictum eſt in p̄cedētib⁹ ſermonib⁹. re-
ſtat nunc dicere de ſatiſfactōe. Circa qđ notādum ꝙ ſatiſfactō ꝯſi-
ſtit in tribus. ſ. in ieiunio. elemoſiā. ⁊ oꝛatōe. Per hec tria ſatiſfacit
homo de trib⁹ malis que ſunt in hoc mūdo. Cōcupiſcēcia carnis ꝯ
tra quā eſt ieiuniū. concupiſcēcia oculoꝝ id ē auaricia ꝯtra quā ē
elemoſina ⁊ ſupbia vite ꝯtra quā eſt oꝛatio. De p̄mo ſcꝫ de ieiunio
dicit̄ Johel. ij. Canite tuba in ſyon ⁊ ſanctificate ieiuniū ⁊ vocate
cetū ⁊ congregate populū. Sed nota ꝙ ad hoc qđ homo bn̄ ieiu-
net tria requirūtur. ſ. recta intēcio. deuotio. ⁊ bonoꝝ operū admix-
tio. De p̄mo Math. vi. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut ypo. triſtes
Extermināt eni facies ſuas vt appa. hoi. ieiunā. Amen dico vobis
re. merce. ſu. O q̄ꝫ ſtulti ſunt qui ꝓpter homines magis q̄ꝫ ꝓpt̄ deū
ieiunant. tales a deo mercedē non recipiūt. Nec mirū quia tales vi-
dent̄ deum ſbſamnare in hoc ꝙ dicunt ſe ꝓpter deū facere illđ qđ
ꝓpter homies facere ſolēt. Si nullā mercedē poſſem⁹ ꝯſequi de ieiu
nio adhuc libēter deberem⁹ ieiunare ꝓpter deū qꝛ ipſe ꝓpter nos ie-
iunauit. xl. diebus ⁊. xl. noctib⁹ ⁊ ꝓpter nos ſeurijt Mat. iiij. Iſtud
eni xp̄o nō ſufficit qđ dedit tibi exēplum imo plus vult addere ma-
gnum pꝛemiū Luc. vi. Beati qui nūc eſuri. qm̄ ſaturabi. Gregoꝛi⁹.
Non eſt magnū ſi ieiunas cū chꝛiſto qui ſeſſur⁹ es ad mēſam p̄ris
cum eo Luc. xvi. Ego diſpono vobis ſicut mihi pat̄ me⁹ diſpoſu. re
gnum vt edatis ⁊ biba. ſup mēſam meaꝫ in regno meo. Sed ve ill'
qui nolunt hic ieiunare. ſꝫ ſemꝑ ſunt in crapula ⁊ epulis timeo ꝙ il
lis eueniet quod euēit diuiti epuloni qui epulabat̄ quoti. ſplēdi. de q̄
dicit̄ Luc. xv. Qđ moꝛtu⁹ eſt ⁊ ſepultus in inferno ⁊ ꝙ pecijt gut-
tam aque habere nō potuit. ⁊ hoc eſt qđ dicit̄ Pꝛouerb. xxi. Cui ve
cui⁹ p̄ri ve cui rixe cui fouee cui ſine cauſa vulnera cui ſuffoſſio ocu
loꝝ nōne his qui moꝛātur in vino ⁊ ſtudent calicib⁹ epotādis. No
ta ꝙ in inferno eſt pena eterna. ideo dicit̄ Cui ve maledictō ꝑntuꝫ
maxima ſupple q̄ ꝓpter eos ſunt dānati. ſi ei maledicūt deo Apoc.
xvi. Manducauerūt linguas ſuas p̄ doloꝛe ⁊ blaſphemauerūt deū

multomagis maledicēt parentibus ⁊ maxime illis qui dederūt eis
occaſionē peccandi ⁊ dānacionis per malum exemplū. Ihere. xv.
Ve mihi mater mea vt quid genuiſti me virū rixe. i. virū diſcordie
ibi erit inuidia. ido dz cui rixe. ibi erit deſperacō. iō dicit̄ cui fouee.
ibi erit pena acerbiſſima. ido dicit̄ cui ſine cauſa vulnera. ibi erunt
tenebre horribiles. ido dicit̄ cui ſuffoſſio oculorū ¶ Secundo dz eē
in ieiunio deuocō Ioel. ij. Conuertimini ad me in toto corde vr̄o i
ieiunio in fle. ⁊ plan. Ecce deuocio in toto corde inquit ⁊ addit ſig/
na deuocōis cū dicit in fle. ⁊ plā. Math. xvij. Hoc gen⁹ demonioꝝ
in nullo pōt eijci niſi in oracōe ⁊ ieiunio. hic premittit̄ oracio ieiu/
nio ad ſignādum ꝙ ieiuniū ſine oracōe nihil valet Iſido. Hoc ē per
fectum ieiuniū quādo noſter homo exterior ieiunat ⁊ interior orat
Hic dic ꝙ homines quādo ieiunāt plus debēt ſe exercitare in oraci
one q̄ȝ alio tempe ⁊ in elemoſina Ihero⁹. ieiuniū non marſubij lu/
crum ſ₃ ſacietas animarū. Tho. xij. Bona eſt oracio cum ieiunio.
⁊ elemoſina magis q̄ȝ theſauros auri cōdere ¶ Tercio debz eſſe in
ieiunio bonoꝝ operum admixtio yſa. lviij. Hoc eſt ieiuniū qđ elegi
diſſolue colligaciōes im. ſolue faſciculos đprimētes. i. pcc̄z ⁊ ſequi
tur. Frange eſurienti pa. tu. ⁊ ege. ⁊ va. induc in do. tu. Cum videris
nudum opi cū ⁊ car. ꝛc̄. Ecce debes bona opa adiūgere ieiunio qz
p ſolū ieiuniū ſaluari n̄ poteris. ſi velles edificare domū vn⁹ ſolus
lapis nō ſufficit ſ₃ optet te habere multos. ſic per vnā virtutē ſalua
ri nō potes. ⁊ ita exponere debes pūerbiū ſtultoꝝ qui dicunt nl'ls
fit ſanct⁹ per ieiuniū. qz diabolus multis annis ieiunauit nō tamē
factus eſt ſcūs. Verꝝ eſt ꝙ p ſolum ieiuniū nullus fit ſcūs. ſ₃ ieiuni/
um cum alijs virtutib⁹ ⁊ bonis operib⁹ facit hominē ſanctū Mat.
vi. Tu autē cum ieiunas vnge caput tuum oleo. i. mentem p bona
opa ⁊ faciē tuam laua. i. conſciēciā p confeſſionē munda. q. d. Cū
ieiunas fac opera bona ⁊ ↄfitere vt ieiunium tuum placeat deo. bo
na opa nihil aliud ſunt q̄ȝ vngēta preccioſa q̄bus anima inungitur
interi⁹. pſ. Dilexiſti iuſti. ⁊ odi. iniqui. ꝓpterea vnxit te de⁹ ꝛc̄. Sic
ptz pmū principale de ieiunio. ¶ De ſecūdo ſcz elā dicit̄ Lu. xi. Da
te elēoſinā ⁊ oīa mūda ſunt vobis. ¶ Nō ꝙ tria ſunt q̄ pn̄t hoi/
nem mouere ad elemoſinā dandā. primū eſt ſi cōſiderz ꝙ oīa bō
que habz a deo habz. ſecundo p elemoſinā mundat̄ homo a pctō.
tercio p eam ſaluabitur in die nouiſſimo. De pmo. ij. pal. xlt. Tua

ſunt omnia que de manu tua ſuſcepimus dedimus tibi. attēde aua
re q̄ȝ ingratus es beneficijs dei. ſedes in menſa habes decē fercula
que dominꝰ tibi dedit ⁊ de omnibꝰ non vis ei reddere vnum mor/
ſellū. Augꝰ. dicit. Dicit tibi xp̄s da m̄ de eo quod tibi dedi de meo
quero non mihi donas. da ⁊ reddo habuiſti me largitorem fac me
debitorem. Iheroꝰ. quociēſcūq; paupi manū extēdis chriſtū reco
gita. i. Cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti. ſi autem accepiſti
quid gloriaris quaſi non acceperis. ſi marchio ſuo aduocato mitte
ret filium ⁊ ille inclamaret eum ⁊ ab hoſpicio amouerȝ eum mag/
nam vtiq; iniuriā faceret domino ſuo. Sic facit auarꝰ quādo abij
cit paupes qui ſunt filij dei ⁊ non ſolum negat elemoſinā ſȝ etiā in/
clamat non attendens ꝙ paupes tanq̄ȝ filij dei poſſunt eum recipe
re in celum Lu. xvi. Facite vobis amicos de māmo. iniquita. vt cuȝ
defece. recipi. vos in eterna taberna. ¶ Secundo ꝑ elemoſinā mū/
datur homo a peccatis Dañ. iiij. peccata tua elemoſinis redime.
Eccia. iij. Ignem ardentē extin. aqua ⁊ elemoſina reſiſtit peccatis.
Ecce ꝙ non ſolum elemoſina mundat a peccatis ꝑteritis. ſȝ eciam
cuſtodit a futuris Unde dicitᷣ yſa. lviij. Si effuderis eſurienti aiam
tuam ⁊ animā afflictam impleueris orietur in tenebris lux tua id
eſt gracia tibi dabitur in mundo ꝑ quā reſiſtes peccatis Unde de
danda elemoſina dicitᷣ. Ecci. iij. In tempe caſus id eſt tētacionis
que multos inducit ad caſum inueniet firmamētum pſ. Btūs qui
intelligit ſuꝑ egenum ⁊ paupem in die mala liberauit eum dñs. ¶
Tercio ꝑ elemoſinā ſaluatur homo in die nouiſſimo. Tho. iiij. Ex
ſubſtancia tua fac elemoſinā ⁊ noli auertere faciē tuaȝ ab vllo pau
pere. ⁊ ſequitᷣ. ꝑmium bonū theſauriſas tibi in die neceſſitatis id ē
in die nouiſſimo. attende tu qui das elemoſinā tu liberas hic pau/
perem a fame carnali ⁊ elemoſina tua liberabit te a morte inferna/
li. Thobie. iiij. Elemoſina ab omni peccato ⁊ a morte liberat ⁊ non
patitur ire ad tenebras. audi totum iudicium verſabitᷣ circa elemo
ſinam datā vel neglectam ⁊ ſm̄ hoc ſentēciabitur Mat. xxv. Veni
te bñdicti pa. mei pci. reg. qđ vobis pa. eſt ab ori. mundi. ſitiui ⁊ de
diſtis mihi bibere. ⁊c̄. O q̄ȝtum honorē habebūt hi q̄ hic fuerūt mi
ſericordes qñ ipſe xp̄s corā omībꝰ angelis eis regraciabitᷣ ⁊ ꝑ h̄ eis
eternā vitā donabit Lu. xiiij. Cum facis conuiuiū voca paupes de
biles ce. ⁊ clau. ⁊ btūs eris q̄ȝ nō hn̄t retribuē tibi retribuetᷣ āt tibi

retribucōe iuſtorū Audi quādo das elemoſinā pauperi tunc tu cō/
modas et mutuas chriſto ad vſuram qꝫ centuplum tibi reddꝫ. P
uerbioruꝫ.xix. Feneratur deo qui miſeretur pauperis. Attende eci
am. quicqͥd das pauperibus chriſtus dicit ſibi factum. Qd vni ex
minimis meis feciſtis mihi feciſtis. vnde in legenda beati Martini
legitur ꝙ xp̄s viſus fuit veſtitus veſte quā btūs Martinꝰ paupi de
derat ⁊ dixit. Martinꝰ adhuc cathecu. hac me veſte conte. hic dxtra
ſi inclamas pauperē chriſtū inclamas. Actu.ix. Saule ſaule quid
me pſequeris. Chriſtꝰ de celo clamauit. Timeo ꝙ illi qui modo ita
libenter inclamāt paupes inclamabūtur a xp̄o illa horribilili voce
Ite maledicti in ignem eternum qui patus ē diabolo ⁊ angelis eiꝰ
Sic ptꝫ ſecundū de elemoſina. ¶ De tercio ſcꝫ de oracōe dicit Luc.
xxi. Vigilate ita omī tēpore orantes vt digni habeami. fugere iſta
que futura ſunt. i. tētaciones ⁊ ſtate ante filium hōinis. ¶ Nota ꝙ
tria ſunt que pn̄t hominē mouere ad orādum. primū eſt indigencie
hūane varietas. ſecundū eſt diuine clemēcie liberalitas. terciū ē ho/
ſtium impugnāciū importunitas. de primo dicit Ecci.xxxviij. Fili i
infirmitate tua noli deſpicē te ipſuꝫ ſꝫ ora deū ⁊ ipſe curabit te Oēs
qꝫdiu ſumꝰ in hoc mundo infirmi ſumꝰ ⁊ paupes ⁊ multis indige
mus idō multū oracōi inſtare debemꝰ vt deus nos ad celū vbi nul
la eſt indigencia poucat. Sed dicis forte diues ſum ⁊ nllıꝰ indigeo
ad quid orare debeo. audi miſer vnde hēs hoc niſi a deo Ille qui de
dit tibi pōt qñ vult ⁊ ſibi plꝫ tibi auferre ⁊ neſcis vtrū h̄ faciet ho
die vel cras. legitur Actu.xij. de herode ſedente p tribunali veſtito
cultu regio ꝙ pcuſſus eſt ab angelo ⁊ ꝯſumptꝰ vermibꝰ expirauit
Job. deciotercio. Homo natus de muliere breui vi. tpe re. mul. mi
ſerijs ⁊ nunqꝫ in eodeꝫ ſtatu pmanet ⁊ plus dico quātūcūqꝫ es di/
ues ⁊ ſanus adhuc miſer es ⁊ multis indiges. Terra te portat ⁊ d
fructibꝰ ſuis te ſuſtentat etſi terra rumpetur viuꝰ deſcēderes ad in
fernū ſicut Datan ⁊ abiron Numeri.xvi. Indiges eciam aere ſine
cuius auxilio non poſſes ad momentū viuere Niſi enim ad refrige/
rium aerem attraheres ſtatim ſuffocareris Indiges eciā aqua ſine
iſta immundus eſſes quaſi ſus. Indiges eciaꝫ igne ſine quo nō poſ
ſes cibum decoquere. eciam ſine igne fame ⁊ frigore perires. quid
plura de animalibus habes alimentum veſtitum ⁊ ornatum ⁊ mł
ta alia adiutoria quibus carere non potes propt̄ quod dicit Apoc̄

ꝑ.tu dicis quia diues ⁊ locuples ſum ⁊ nullius indigeo ⁊ neſcis ꝙ
miſer es ⁊ miſerabilis pauper cecus ⁊ nudus. Job primo. Nudus
egreſſus ſum de vtero matris mee Indiges eciam ſapiencia ſine q̄
es vt brutum Jacobi ꝑ. Si quis indiget ſapiencia poſtulet a domi/
no ⁊ dabitur ei Indiges eciam virtutibus ſine quibus miſerabili/
or es bruto. quia brutum ſuſtinet vnam mortem tu autem ſi carue/
ris virtutibus ſuſtinebis duplicem morte̅. vnam in mundo alteraꝫ
in inferno. Secundū eſt diuine clemencie liberalitas pſal. Benedi/
ctus dominus qui non amouit miſericordiam ſuam a me. quaſi
diceret. quia miſericors eſt ideo libenter me audit Ecce libenter ex/
audit ⁊ ideo libenter debes orare Noli timere non eſt de deo ſic̄ de
homine. homo deſpicit eum qui nimis ſepe fundit ſibi preces ꝫ deꝰ
quāto deuocius eum rogas tanto plus te diligit ⁊ libencius exau/
dit. nec mirum quia ipſe inuitat nos ad hoc vt oremꝰ Luc. xi. Peti
te ⁊ accipietis querite ⁊ inuenietis pulſate ⁊ aperiet̄ vobis. Augu/
ſtinus Non tantum hortaret̄ vt peteremus niſi dare vellet Erubeſ/
cat humana pigricia plus vult ille dare q̄ꝫ nos accipere Johannis
xvi. Si quid pecieritis patrem meum in nomine meo dabit vobis.
ſecure igitur pete. Deus ipſe promittit quod vult te exaudire. ſed di
cis Sepiꝰ petiui ⁊ adhuc exauditꝰ nō ſum. certe hoc eſt ꝓpt̄ pecca
ta tua. Johannis. ix. Scimus quia peccatores deus non exaudit.
yſa. ꝑ. Cum multiplicaueritis preces nō exau. manus enim veſtre
ſanguine plene ſunt. Quomodo exaudiet te deus precibus tuis of
fenſam prebendo ex quo non vis eum audire peccata relinquendo.
Prouerbioꝝ ꝑmo. Tunc inuocabunt me ⁊ non exaudiā mane cō/
ſurgent ⁊ non inuenient me eo ꝙ exoſam habuerint diſciplinā Vel
ideo non exaudit te dominꝰ qꝛ tibi non expedit ſicut non exaudiuit
paulum ter rogantem pro ſtimulo amouēdo. ꝭ. Coꝝ. duodecimo.
Quia ſibi non expediebat nam virtus in infirmitatibus perficitur
hoc mō medicꝰ nō exaudit egrotū petēteꝫ ſibi dari id qđ eſt ſibi con
trariū. Iſid. Multi orātes n̄ exaudiūtur. ꝓuidet ei deꝰ i ~~lis~~ meliora
q̄ꝫ petūt ſicut ɔtingē ſolet ꝑuulis q̄ vt i ſcolis n̄ vapulēt deū exorāt
ꝫ nō datur ill' poſtulacōis effcūs qꝛ impedit tal' exaudicō ad ꝓfcm̄
¶ Terciū eſt hoſtiuꝫ impugnātiū aſſiduitas. ꝭ. Mach. xl. Macha/
beꝰ ɔſiderans aduētum multitudīs ⁊ variū apparatū armoꝝ ac fe
rocitatē beſtiaꝝ extēdit manus in celum ⁊ inuocauit dn̄m ⁊ infra.

Dominatoꝛ celoꝝ mitte angeluꝫ tuum bonum ante nos vt metu-
ant te qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctuarium tuum.
Per iudam qui interpretatur ꝯfitēs ſignatur xpianus ꝑ hoſtes di
aboli. Qui ergo impugnatꝰ a demonibꝰ oꝛet deum exēplo iude. Cri
ſoſtoꝰ. Oracio iugis infirmitas eſt hoſtis. Sed nota q̄tuoꝛ valde ti
menda de tuis hoſtibus que tangūtur in auctoꝛitate p̄miſſa. Pri
mū eſt qꝛ ſunt impoꝛtuni hoc ptꝫ ꝑ aduentum eoꝝ in quo notatuꝛ
impugnādi impoꝛtunitas nō expectatꝰ vt tu pꝛio inuadas eos imo
ipſi veniūt te impugnare. ideo dicitꝰ. i. Petri. v. Aduerſariꝰ veſter di
abolꝰ tanq̄ꝫ leo ru. cir. que. quē deuo. cui reſti. foꝛ. in fide In hoc ꝙ
dicitꝰ reſiſtite innuitꝰ ꝙ ipſi p̄mo impugnant nos. ꝯtra ipſoꝝ impor
tunitatē adeſt diuini adiutoꝛij ſedulitas. Ps. Ecce nō doꝛmitabit ne
doꝛmi. qui cuſtodit iſrl. qꝛ non doꝛmit neqꝫ doꝛmitabit qui impug-
nat iſrl Secundū eſt qꝛ ſunt multi. ps. Dn̄e quid multiplicati ſunt
qui tribulāt multi iſurgūt aduerſuꝫ me Qd̄ exponit gloſa de demo
nibus q̄ ita mlti ſunt ſic̄ cuidā ſcō reuelatū ē qd̄ volitāt circa nos
ſic̄ muſce i eſtate. ꝛ ſm Rabanū aer ita plenꝰ ē demōibꝰ ſicut radij
ſolares infinitis pulueribus Sed noli deſperarꝰ ꝓpter hoc qꝛ mul-
ti ſunt demones impugnantes ideo multi ſunt āgeli adiuuātes. Le
gitur. iiij. R. vi. ꝙ miniſter heliſei viſa multitudīe hoſtiū timuit cui
heliſeus. noli timere plures eni nobiſcū ſunt q̄ꝫ cū illis Jheroꝰ. ideo
eſt circa homies firma angeloꝝ cuſtodia quoꝝ auxilio ab hoſtiuꝫ
inſidijs liberātur. Nec eni poſſꝫ eē in humana natura firmitas niſi
ſcōꝝ āgeloꝝ auxilio muniretꝰ. Multuꝫ ergo dēs hōꝛare angelos q̄
pro te contra diabolum pugnant. Tercium eſt quia ſunt varijs ar
mis id eſt multis impugnandi muniti. Nūc enim decipiūt ꝑ auari
ciam. nunc per luxuriam ꝛ ſic de vicijs alijs. nunc per leticiaꝫ. nūc
per triſticiam ꝛ varijs modis qui innumerabiles ſunt Leo papa.
Non deſinit antiquꝰ hoſtis decepcionū laqueos vbiqꝫ pretendere.
nūc quomodo fidem credenciū coꝛrumpat iſtare nouit cui adhibe
at eſtus cupiditatis cui illecebras gule ingerat opponat incitamē
ta luxurie. cui infundat virus inuidie nouit quē meroꝛe conturbet.
quē fallat gaudio. quē metu opprimat. quē admiracione ſeducat.
omnium diſcutit moꝛes. ventilat curas. ſcrutatur affectꝰ ꝛ ibi cau
ſas querit nocendi vbi quēq̄ꝫ viderit ſtudioſius occupari. Contra
hos multos modos impugnandi potes reſiſtere dyabolo ſcilicꝫ ꝑ

oracionem. per humilitatem. per fidez ⁊ per alias virtutes ad hoc iuuat te diuina gracia. ſacramenta eccleſiaſtica. ſanctorum ſuffra/gia. ⁊ ſpiritusſancti dona. Unde Auguſtin9. Hoſtis noſter cui mille nocendi artes tam varijs impugnando9 eſt telis quã impugnat inſidijs. ¶ Quartum eſt ꝙ ſunt ferociſſime. ideo compãtur beſtijs ferociſſimis. ſcilicz leonibus. vrſis. ⁊ lupis. quia more iſtarum be/ſtiarum occidunt homines imo ferociões ſunt his beſtijs. quia be/ſtie occidunt corpus demones animã. ꝓter quod erepti ab eis di/cunt illud. Ps. Benedictus domin9 qui non dedit nos in captiõez dentibus eorum anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt ⁊c̃. Cõtra horum ferocitatem habes liberi arbitrij libertatem. ꝓter quod tam potens es ꝙ nullus poteſt te vincere niſi velis. Gregori9 Debil' eſt hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentem yſaie. li Dixerunt anime mee incuruare vt tranſeamus. vbi innuit ꝙ null9 põt impugnãdo vincere animã niſi anima conſenciat Bernhard9 ſup canticã de cot/verbo. Noli adquieſcere dicenti incuruare vt tranſeamus. non eni tranſiturus ſed grauiter oppreſſurus. Reſiſte igitur diabolo ⁊ ha/bebis magnam mercedem. Demonum eſt malas cogitationes in/gerere. noſtrum qz eſt nõ conſentire. quociens eni reſiſtim9 diabolos ſuperamus. angelos letificamus. deum honoramus. Ipſe eni hortatur vt pugnemus. adiuuat vt vincamus. certantes ſpectat. deficientes ſubleuat. vincentes coronat. Sic ergo patet ꝙ vtile ẽ nobis oracioni inſiſtere propter hoſtium importuñitatem Criſoſto. Oracio iugis infirmitas eſt hoſtis. Per oracionem enim facillime vincimus dyabolum ſicut prefiguratum eſt in Exod̃. quadrageſi/moſeptimo. vbi Moyſe orante victi ſunt hoſtes. ceſſante ab oracõe vicerunt hoſtes. Oremus ergo vt vincamus hoſtes ⁊ deuictis hoſtibus cum palma ad regnum celorum ꝑueniamus. qđ nobis preſtare dignetur qui ſine fine viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Feria ſexta poſt cineres. Sermo.

Diligite inimicos veſtros benefacite his qui oderint vos et orate pro perſequentibus ⁊ calumniantibus vos. Mathei. quinto. Duo facit hic dominus. dat preceptum perfectiſſimum quod conſiſtit in inimicorum dilectione. Oſtendit modum euidentiſſimum qui declaratur in operis exhibitõne. Primum ibi